



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

S V M M A E.

- 1 *Vivone, an mulieri quando credatur de copula carnali, & quando magis uni, quam alteri, si unus affirmet, & alter neget. & num. 7. & 11. & per totum usque in finem consilij.*
- 2 *Affinitas solum per copulam carnalem, & carnis commixtionem contrahitur.*
- 3 *Matrimonium contractum etiam per verba de presenti, sed nondum copula carnali consummatum solum vinculum, & impedimentum publice honestatis cum consanguineis coniugum inducit.*
- 4 *Vinculum, & impedimentum publice honestatis inter consanguineos coniugum dicitur a lege canonica, & a iure positivo introductum.*
- 5 *Super impedimento publice honestatis Papa liberè, & absque expressione causæ dispensat.*
- 6 *Mulier asserens se virginem, & non corruptam a viro, an, & quādo contra violentam iuris presumptionem, seu testium probationem super copula carnali possit etiam per iuramentum suum probare suam assertionem. & num. 9. & 12.*
- 8 *Copula carnalis quomodo per testes probari possit.*
- 9 *Iurare ad delationem alterius quando quis non teneatur, & quando iuramentū illud a parte de latu licitè recusetur. & nu. 10.*

EPILOGO habetur in summano. num. 1.

CONSILIVM XXXVI.

DVIVUM est in presenti causa, si per plures testes genere, nobilitate, moribusque probatissimos, & omni exceptione maiores probatum fuit, quod Titius primus maritus, & Scia uxor ambo legitime etatis, & uiripotentes post matrimonium inter eos per verba de presenti contractum, & solennizatum, in loco secreto soli, nudi iacentes more maritali in eodem lecto saepius, & iteratis vicibus simul cubuerint ea, ut credunt, intentione, ut se invicem carnaliter cognoscere, & quorum testium aliqui etiam deponunt saepe audivisse praefatum Titium primum maritum dicentem, & affirmantem se praefatam Sciam coniugem carnaliter cognovisse, utrum depositiones testium huiusmodi tam claram, certam, & indubitam carnalis copulae probationem faciant, ut licet praedicta Scia, postquam cum Sempronio consanguineo primi viri matrimonium contraxit, etiam iureiurando asseruerit, se ex complexu dicti Titij sui primi viri virginem evasisse, tamē huic etiā iuratae assertioni stare non debeat, quamvis ad fauorem secundi matrimonii rendere dicatur. Haec dubitatio penes me satis ambigua censetur, quoniam si verum magis statim esse assertioni viri affirmantis se uxorem carnaliter cognovisse, quod dicto, & iuramento mulieris contrarium asserentis: nam cum uir dicatur esse caput mulieris, sequitur, quod viro potius credendum est de copula carnali, quam mulieri dicenti se virginem evasisse, ut in c. duo pueri. c. continebatur. de desponsa. impuberum. & c. si quis acceperit. 33. q. 1. Et hoc praecipue verum videtur, cum sumus in casu, in quo mulier per aspectum corporis ex dicto plurium honestarum matronarum, & obstetricum, quae insperxerunt, corrupta censetur. iuxta tex. in c. proposuisti. de concef. praeben. & in c. causam. de probat. taliter quod ipsa amplius se virginem probare, & incorruptam se ostendere nequeat, cum iam constiterit, ut supra, illam esse corruptam, & a secundo viro cognitam, ut colligitur ex ijs, quae voluit glo. in d. cap. continebatur. quae dicit, quod de copula magis creditur viro, quam mulieri, quando mulier non probaret, seu probare non posset per aspectum corporis se virginem esse, ut quia ipsa iam filios peperisset, ad tradita per glo. in d. c. si quis acceperit. Præterea ex quo mulier statim, quo simul in eodem lecto cum viro concubuit, non proclamavit, se ipsam cognitā non fuisse, & virū esse

h 2 esse

esse impotentem, postea ipsi de uirginitate non creditur, sed uiro contrarium affirmanti. c. r. de frigi. & malef. qñ raro aliquis inuenitur impotens ad coeundū. c. quia tua. 50. dist. & ideo potius dicto uiro statui.

¶ In primum aut, q magis credendū, & standū sit assertioni, & iuramento Scie honestissime mulieris, q a Titio primo uiro carnaliter cognita nō fuerit, multa possent adduci. Primo. n. facit, q in terminis nostris asseueratio mulieris affirmantis se uirginē, & talē ex complexu primi uiro euasisse, facta fuit in eā iam mota super ualiditate secundi matrimonij, & ad illius fauorē, ut ualeat, & cōseruetur, asseueratio aut primi mariti, qui contrarium dixit, tendit ad praeiudiciū secundi matrimonij, ut illud debeat separari, ergo sequitur, magis standū esse dicto mulieris, quia ipsa stat pro matrimonio, qd est fauorabile, sicut magis creditur uiro de copula, qñ uir pro matrimonio statet, ut uoluit gl. magna i. d. c. si quis acceperit. Et hoc maxime uerū est in casu nostro, cum Titius primus maritus dixerit se carnaliter Scie cognouisse, simpliciter absq; iuramento hoc asserendo: & ideo potius erit ipsi mulieri iuranti de sua uirginitate credendū, praesertim quia, ut dixi, ipsa stat pro matrimonio, per tex. cum ibi not. in d. c. continebatur, ubi ita demum creditur magis uiro, q mulierem cognouerit, q mulieri contrarium asserenti, si uir id iuramento firmauerit, ergo sine iuramento secus erit. argu. illius text. ¶ Secundo ad propositū adduco solēne dictū Host. in d. c. duo pueri. de despon. impub. quod Abb. Sicul. ibi sequitur, multumq; cōmendat, q si copula confit maret matrimonium, & ad illius confirmationē tenderet, tūc magis statetur dicto mulieris affirmantis copulā interuenisse, & se a uiro cognitam fuisse, q dicto uiro contrarium dicentis, & hoc fauore matrimonij, & responder. Abb. illi tex. in d. c. duo pueri. ut ibi per eum. Sed in terminis nostris asseueratio mulieris iurata dicentis se cognitā non fuisse a primo uiro redit ad fauorē secundi matrimonij, & ad illius confirmationem, asseueratio uerō dicti Titij primi uiro uenit q matrimonium, ergo potius standū est assertioni mulieris: Quod aut asseueratio Scie tendat ad fauorem secundi matrimonij, & assertio Titij tendat ad illius praeiudiciū clarissime constat, qñ si illa a Titio primo coniuge carnaliter cognita non fuisset, profectō nulla fuisset p̄cta affinitas inter ipsam Scie, & consanguineos Titij primi uiro, & cōsequēter nec inter ipsam, & Sēpronium consanguineum Titij, cū i affinitas tantummodo p̄hatur per copulā carnalē, carnisq; cōmixtionē, ut in c. nullum. ibiq; gl. & c. sanē. 35. q. 2. iuxta illud erunt duo in carne una. Gene. c. 2. & in c. gaudeamus. de diuor. & per Abb. in c. iuuenis. de sponsi. ergo nullo existente uinculo, seu gradu affinitatis inter ipsos, matrimonium inter eos p̄terum solum diceretur contractum q prohibitionē, & uinculum iuris positiui introducentis uinculum publicae honestatis ex uerbis de praesenti desponsatione, non autē affinitatis, ut in c. quidā desponsauit. & ibi glo. 37. q. 2. quae uoluit, q si matrimonium fuerit cōtractum etiam per uerba de praesenti, sed nondum copula cōsummatum, non contrahitur uinculum affinitatis, quod per unitatem carnis contrahitur, sed solum uinculum publicae honestatis cum consanguineis coniugum, & facit tex. in c. si quis desponsauerit. il. 1. & il. 2. & c. si quis uxo rem eadem causa, & quaestione. c. ad audientiam. de sponsa. & ibi glo. in uer. habere, & est glo. not. in c. nō debet. in uer. secundis. de cōsanguinitate. & affinitate. ¶ Uinculum publicae honestatis simplex dicitur esse introductum a lege canonica, & de iure positiuo, ut colligitur ex glo. magna circa fin. d. c. non debet. & c. r. de spōsal. & mat. in 6. & dicit Abb. in d. c. ad audien-

tiam. in 2. notab. q hoc impedimentum inducitur etiam ecclesiam, & ipse etiam hoc clarius uoluit in c. iuuenis, in ult. notab. eodē tit. dicit etiam in c. spōsal. sponsa. quod maior est honestas, ut non ducatur sponsa de praesenti, cū qua matrimoniale uinculum est contractum, quā sponsa de futuro, cum solum facta promissio futurarum nuptiarum, & sic infertur secundum Abb. quod tam ex sponsalibus de futuro, quā ex matrimonio de praesenti, non sequatur copula carnali, oritur impedimentum publicae honestatis inter sponsam, seu maritatum, & cōsanguineos sponsi, & mariti, & e contra, sed carnis copula inter eos interueniente oritur aliud uinculū, uidelicet affinitatis, & esse dicitur iuris diuini, propter unitatē carnis, ut omnes cōsanguinei uxoris sint affines mariti, & e cōtra. c. super his. de consanguini. & affinitate. cum similibus aliis allegatis. Si ergo inter cōsanguineos Titij & ipsam Sciam fuisse solum uinculum publicae honestatis contractū, profectō ualeret dispensatio Papae casu nostro inter Sciam, & Sēpronium consanguineum Titij, quia Papae permissum est liberē, & ab expressione causae dispensare super impedimento ecclesie, & iuris positiui, ut in d. c. proposuit. de conce. praeben. cum similibus supra allegatis post Abb. & alios in c. literas. de restit. spoliat. Et super impedimento publicae honestatis doctores omnes fatentur Papae posse dispensare, tanquā super impedimento iuris positiui, ut per Abbatem, & alios in c. sponsam. de sponsa. & in c. nō debet. de cōsanguini. & affinitate. Et sic infertur quod si in terminis nostris staret assertio mulieris, q ipsa nō fuisset carnaliter a primo uiro cognita, solum diceretur extitisse impedimentum publicae honestatis inter ipsam, & Sēpronium, & cōsequēter Papae dispensatio ualueret, & sic asseueratio Scie tenderet ad fauorem matrimonij, illiusq; confirmationem, & e cōtra asseueratio Titij primi uiro affirmantis se coniugem Sciam carnaliter cognouisse faceret contra secundum matrimonium, & ad illius prauium, si per copulā carnalem fuisset contracta affinitas, ut supra, inter ipsam Sciam, & cōsanguineos Titij. Ex praedictis ergo inferendum uidet, q in casu nostro assertio potius mulieris, quā Titij primi uiro stari debeat. Praeterea ex quo Scia offert se uelle iurare, uel iuramentum referre Sēpronio, q ipsa erat tunc tempore, quo se illi copulauit, equidē manifestum est turpitudinis, & confessionis censetur esse, si se Sēpronius nollet iurare, nec iusiurandum de re. l. manifesta. ff. de iureiurand. ¶ Postremo si etiam testes constare possint uiolenta iuris praesumptione, q ipsa Scia fuerit carnaliter a primo uiro cognita, probando, q ipsa iacuerit nuda cum nudo in eodem lecto, & solus cum sola iuxta tex. in c. literas. cū c. de praesump. & iuxta illud Ouidium, A iuuenē Cupido credatur reddita uirgo. & per glo. in d. cap. si quis acceperit. 33. quaest. 1. contra tamen hanc uolentem praesumptionem mulier potest probare, quia haec non est praesumptio iuris, & de iure, cōtra quam probatio in contrarium non admittatur, ut in cap. qui fidem. de sponsal. sed est praesumptio iuris tantū q quā probari potest etiam per simplex iuramentum, ut p̄batur in cap. nec aliqua. 27. quaest. 1. & in c. extraordinaria. 35. quaest. 3. ¶ Praemissis tamē non obstantibus, aliter cōcludendū esse puto, & hoc de iure uerū simum esse arbitror, q in praesenti causa non sit standū dicto, & iuramento mulieris quantumcūq; factissimē, & honestissimē, q euaserit uirgo de manibus primi uiro, cū per plures testes genere nobile, & de dignos, & omni prorsus suspitione carētes probetur, ipsam sepius iacuisse, & cōcubuisse nudā cum nudo, solā cū solo in eodē lecto in locis secretis, & lano-

bris ad hoc commodis, horisq; electis ea, ut creditur intentione, ut inter se carnaliter cognosceret, per quam probationem plenè, & uolèter dicitur probata copula carnalis inter ipsam Sciam, & Titium primum uirum, quia si uerè, directè, & cōcludenter copula carnalis per testes probari nō potest, sed dumtaxat præsumptiue, & si eo modo, quo proximè dictū fuit, probaretur, diceretur uiolenta, immò uiolētissima præsumptio, ut in d.c. literas. cū seq. de præsumptio. c. nec aliqua. 27. q. 1. & gl. in d. c. extraordinaria. quæ de iure censetur legitima probatio etiā ad iudiciū matrimonij, ut in dictis iuribus, & per glo. in uer. suspitio. in c. dixit dominus. 32. q. 1. & in c. adulterij. de adul. cōtra quā probationem, & uiolētā præsumptionē quamuis admittatur probatio per testes, puta per honestas matronas, & peritas mulieres, & obsterices, ut in c. proposuisti. de proba. & habetur in c. causam. eo. tit. & hoc, quādo dubium esset, an esset uirgo, seu corrupta, quia nō obstante illo simultaneo cōcubitu admittitur probatio contraria per aspectū corporis, ut per gl. in c. 1. & in c. si quis acceperit. 33. q. 1. & in d. c. extraordinaria: quādo uerò manifestū esset ipsam mulierē esse corruptā, & consequenter cōtra illam uiolentam probationē, & præsumptionē probatio per aspectū corporis fieri nō posset, tunc posset probari per testes idoneos super hac negatiua deponētes, illam coarctādo loco & tempore, q̄ mulier à tali non fuerit cognita, ut per glo. in d. c. dixit dñs. 32. q. 1. iūctis iis, quæ habentur in c. tertio loco, & in c. quoniam cōtra. de proba. in princ. & in l. actor. C. de probat. cum ibi not. & per simplicem assertionem, & iuramentum mulieris cōtra illam uiolētā probationem nō posset probari, quoniam etiā ad præsumptiū matrimonij potius standum est p̄sumptioni, & probationi uiolētæ, de qua supra, quā simpliciter iuramento mulieris affirmantis cōtrarium, ut in d. c. literas. cum seq. de præsump. iūctā glo. in d. c. dixit dominus. in glo. magna. in fin. ex quibus inferitur, q̄ ultra huiusmodi præsumptionē, & probationē uiolentam, quæ quoad hunc effectū dicitur legitima, & plena probatio, Sempronius consanguineus Titij, q̄ habet fundatam intentionem suam super copula carnali contracta inter Sciam, & Titium primum eius uirum, non tenetur aliter ad alicuius delationem iurare, tūc quādo interfuit, nec præsens fuit, & idē de hoc facto iurare nō tenetur, iuxta no. in l. 2. §. qd̄ obseruari. C. de iureiur. prop. calū. & p̄ Bar. in l. manifestā. in ult. col. ff. de iureiur. tum etiā quia ex quo ipse per testes legitimis probauit copulā corporis, mulieremq; fuisse carnaliter cognitam eo modo, quo de iure probari pōt iuxta tex. in d. c. literas. cum simili. quæ species probationis dicitur legitima, & plena, ut ibi, idcirco sequitur, q̄ ultra illam probationem, quæ pro legitima, & plena à iure reputatur, nō tenetur subire iuramentū, nec ad superflūā iuramentī probationē arctatur, quia satis est, q̄ intentionē suā legitime, & plenè probauerit eo modo, quo de iure probari potest, absq; eo, qd̄ aliter iuret, & anceps iuramentū subire teneat. arg. tex. not. ibiq; doc. cōmuniter in c. sicut consuetudo. de probatio. ¶ Nō obstat tex. in d. c. extraordinaria, ubi admittit iuramentū mulieris affirmantis se uirginē contra illā p̄bationē & præsumptionē uiolētā, de qua in d. c. nec aliqua. & in d. c. literas. quā nō obstante illo tex. cōtrarium uoluit glo. in d. c. dixit dominus. dicēs, q̄ cōtra illā probatio nē uiolētā factā per testes nō admittitur probatio, quæ fieret per simplex iuramentum mulieris iurantis se uirginē euasisse, sed bene admittitur probatio per testes cōtrarium, ut supra deponētes. Nec aduersatur ille tex. in d. c. extraordinaria. aquia secūdū gl. ibi illud obtinet, quādo mulier uirgo euasisset, & nō fuisse corrupta, & uolebat contra illā uiolētā præsump-

tionem probare per testes ex aspectu corporis sui, iuxta tex. in d. c. nec aliqua. & in d. c. proposuisti. & ultra illam probationē ex superabundanti, & ad cautelam mulier se offerebat etiā se uelle iurare, quia tunc iuramentum suum admitteretur, & ita intelligat ille tex. Sed in casu nostro Scia non est uirgo, & consequenter uirginitatē suā probare non potest per aspectum corporis, ut p̄ glo. in d. c. si quis acceperit. ergo tex. in d. c. si extraordinaria. ad rem non facit. ¶ Non obstat, quod manifestā turpitudinis est nolle iurare, nec iuramentum referre. d. l. manifestā. quā respondet hoc uerum esse, nisi quis suam intentionem aliter plenè, & legitime probasset, puta per testes, secūdum quod ius permittit, quia tunc nō teneretur iurare, nec etiā iuramentum referre. d. c. sicut consuetudo. & c. si. de iureiur. & uidetur hoc esse uerissimum. Præterea ut dicunt Bar. & alij in d. l. manifestā. quādo iuramentum deferretur à parte parti, potest licitè recusari. l. generaliter. §. 1. C. de iureiur. si uerò iudex talē delationem approbaret, & præciperet parti, cui iuramentum esset delatum, quod iuraret, tunc sine iusta causā recusare nō posset, alioquin esset manifestā turpitudinis, & confessionis. d. l. generaliter. §. 1. & ita pōt intelligi text. in d. l. manifestā. Ex causā tamen iusta pars, cui iuramentū esset delatum, seu præceptum à iudice, q̄ iuraret, posset recusare, & causā iusta recusandi inter alias causas est, quādo quis recusaret propter ignorantiā, uel dubitationem facti illius, cui deferretur, uel refertur. l. iusiurandum & ad pecunias. §. 1. & §. ait prætor, & ibi Bar. & in d. l. manifestā. ff. de iureiuran. Sed in terminis nostris Sempronius consanguineus primi uiri iuste potest ignorare, & dubitare de copula carnali Titij, & an mulier à primo viro carnaliter cognita fuerit, quia alieni facti tolerabilis est ignorantia, & dubitatio, ut l. 1. ff. pro suo. & l. plurimū. ff. de iur. & fac. ign. ergo pōt iuste recusare iuramentū, si ipsi deferatur, seu refertur. ¶ Ex supra relatis igitur possunt aliquæ conclusiones inferri, prima, q̄ quando copula carnalis probari nō pōt per testes deponentes ex aspectu corporis, uel præsumptiue iuxta tex. in d. c. proposuisti. & in d. c. literas. cū similibus. & una pars fatetur, alia uerò negat copulā carnalē, tunc statim dicto, & assertio ni illius, qui stat pro matrimonio, & hoc fauore matrimonij, siue esset uir, siue esset mulier. arg. not. p̄ gl. in d. c. si quis acceperit. & per Host. quem sequitur Abb. in d. c. duo pueri. ¶ Secunda cōclusio sit, q̄ ex quo uir dicitur esse caput mulieris, potius stādum est assertioni mariti affirmantis se uxorem carnaliter cognouisse, quā assertioni mulieris cōtrarium dicētis, & hoc quando uir istud iuramentū affirmaret, secus ergo inferretur esse, si uir suo iuramento hoc non affirmaret. c. continebatur de desponsa. impub. cum ibi not. ¶ Tertia conclusio sit, q̄ quando copula carnalis uiolenter probata est per testes mediante iuris præsumptione uiolētissima iuxta tex. in c. nec aliqua. 27. q. 1. & in d. c. literas. cū seq. de præsump. tūc contra talem probationē non admittitur probatio per iuramentū mulieris cōtra matrimonij, sed solum per testes deponentes, uel per aspectū corporis, uel directè super mera negatiua, probādo negatiuā illo modo, quo de iure probari pōt, ut est gl. in d. c. dixit dñs. 32. q. 1. & supra dixi, & hic vī casus n̄r. ¶ Quarta conclusio sit, q̄ qñ aliquis copulam carnalem per testes legitime probauit, & eo modo, quo de iure probari potest, iuxta tex. in d. c. literas. tunc non requiritur, q̄ ultra illam probationem testium ipse onere iusiurandi grauetur, quia ultra probationem legitimam quis non tenetur coadiuuare probationem plenè factā per suum iuramentum. d. c. sicut consuetudo. de proba. ibiq; glo. & scriben. Nec in casu isto locū habet illa regula, q̄

manifesta turpitudinis, & confessionis sit nolle iurare, nec iuramentum deferre, ut supra dictum fuit. Et per prædicta concludendum est, quod in casu nostro nullo modo standum est assertioni, & iuramento Seia, quantumcunque religiosissima, honestissima, & pudicissima mulieris, sed stari debet probationi factæ per testes super copula carnali Titij primi mariti, non ad uersantibus ijs, quæ supra in contrarium adducebantur, quibus ex prædictis rursus clara colligitur. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Creditor si debitori tanquam heres universalis succedat, iura ipsius creditoris tolluntur, & confunduntur.
Nisi cum beneficio legis, & inventarij hereditatem adierit, numero 10.
- 2 Vxor tanquam heres marito suo succedens, creditrix dotium suarum esse definit, & dotes cum patrimonio mariti confunduntur.
Et an dotes suas deducere, & ab alijs bonis separare possit, n. 11.
- 3 Vxor tanquam heres mariti si pro filiabus dotes, & ultra dotes omnia bona hereditatis promittit, sibi per hanc promissionem quo ad dotes suas, præiudicauit. Contra, nu. 12.
- 4 Res alienum appellatione bonorum deductum censetur, secus si de bonis, & de hereditate mentio fiat: quid si mentio facta sit de bonis hereditatis, nu. 6.
- 5 In promissione, & obligatione generali bona, & iura dotalia non continentur, maxime si mulier plura alia bona ultra dotalia habeat.
- 6 Filia in certis rebus à patre instituta, & iussa stare tacita, & contenta, & quod plus de bonis suis petere non possit, dotes mater nas sibi à patre debitas petere potest.
Idem si dictum sit, quod plus de bonis sue hereditatis petere non possit, secus, si dictum esset de bonis, & de hereditate suas numero 9.
- 7 Verba demonstratiue posita non possunt stare dispositiue.
- 8 Iuramentum facit actum alias de iure inualidum firmum, & utilem.
- 9 Promissio ex causa dotis, & matrimonij facta absque insinuatione, & solemnitate ualet.
- 10 Tertio absenti an, & quando ex facto, & gesto alterius illius nomine cum aliquo contrahente ius acquiratur, nec locus sit reuocationi, aut penitentia, & nu. 32. & 33.
- 11 Dotis futura nomine, aut quando nupsit, mulieri dari promissum, seu mandatum, ante nuptias, & re integra reuocari non potest.
- 12 Verba & amplius quando repetitionem non inducant.
- 13 Repetitio nulla fieri dicitur, quando est rerum diuersitas, licet sit personarum identitas, & due sint orationes perfectæ.
- 14 Promittat si quis dotes in una oratione perfectæ, & postea in alia oratione seorsum his uerbis, & amplius ultra dotes promittat omnia bona, &c. secunda promissio non dotis, sed donationis, causa facta intelligitur.
- 15 Donatio causa mortis ex mentione mortis non censetur, quando ex alij contrarium apparet.
- 16 Donatio contrahi potest etiam sine uerbo dono.
- 17 Contractus non seruata forma statui factus, dicitur ipso iure nullus, & inualidus, nisi esset iuratus.
- 18 Iuramentum super contractibus appositum quando statim annulantibus contra ius etiam iuratos sine certa solemnitate factos non aduersetur.
- 19 Iuramenta vi, seu metu, aut dolo præstita iurantem non obligant.
- 20 Instrumentum potest ex dispositione statuti falsum præsumi ex eo, quod non fuerit registratum.
- 21 Contractus bonæ fidei ob dolum dantem causam contractui est ipso iure nullus, at stricti iuris actione de dolo rescindi potest.
- 22 Promissio, seu conuentio gratuita super dispositis in testamento facta quomodo, ut ualeat, fieri debeat.
- 23 Dispositioni, & solemnitati. l. de his. ff. de transact. an, & quomodo renuntiari possit.
- 24 Absolutio à iuramento ad effectum sue promissioni contraueniendi conceditur ob solemnitatem, & formam non seruata.
- 25 Enormissima læsio facit contractum etiam iuratum posse, uel dici nullum, uel actione de dolo rescindi.

- 31 Promittens nomine hereditario alicuius, à quo sit heres institutus, censetur ad testamentum relationem habuisse, ac modo & forma in testamento contentis promississe.
- 32 Dotis promissio ad fauorem mulieris absenti facta etiam reuocari non potest.
- 33 Res, uel locus, ex quibus res debita solui debeat, si exprimeatur quando demonstratiue, & quando taxatiue, seu dispositiue re dicantur, ut si locus, uel res expressa pro satisfactiue rebiti non sufficiat, de alijs rebus sit satisfaciendum, uel seu.

E P I T O M E.

Vxor, quæ heres marito successit, si pro filiabus promittat dotes, & ultra dotes omnia bona mobilia & immobilia hereditatis dicti sui mariti, sibi quoque dotes suas, & hypothecam, quam illarum occasio in bonis mariti habebat, non præiudicat, quin eas deducere, & ab alijs bonis separare ualeat, & ex reliquis postea dotes promissas, aliudque æs alienum solui possit.
Promissio ab uxore, quæ marito heres successit, amplius ultra dotes pro filiabus promissas cum iuramento hereditario nomine facta, de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus hereditatis mariti seruata forma, & solemnitate statuti loci dispositiue, quod non seruata forma tradita contractus etiam ratas censetur simulatus, fictitijs, ac metu, & dolo factus, ipso iure non ualuit, uel actione de dolo rescindi potest, maxime si promittens ex ea fuerit enormiter læsus.

Et tanto magis reuocari potest, si filiabus absentibus etiam notario pro illis stipulante facta fuit, & adhuc ante illarum ratificationem sit integra.

Promissa si sint mille in una oratione, deinde in alia oratione separata promissum sit pro dictis mille in lutu assignare tot bona in certo loco, si bona illius ei ad integræ dictorum mille satisfactionem non sufficiant, & c. promissio de alijs bonis promittentis suppleri debet.

C O N S I L I V M XXXVII.

Iso instrumento conuentionum inter Magnificam do. Dariam ex una, & do. Giannellum de Fauentia ex altera initarum inter ipsos filios inter filias dictæ do. Dariæ, & nios præfati do. Giannelli contrahendis cum promissione dotium, & apparatusum dictarum filiarum per do. Dariam ipsi Giannello facta, & ultra dotes promissione etiam de relaxandis, & dandis omnibus bonis mobilibus, & immobilibus hereditatis Magnifici Comitris Andree Bernardoni post obitum ipsius do. Dariæ dictis filiabus suis; necnon iuxta statutum civitatis Fauentiæ sub rub. 25. lib. 7. visaq; informatione tam in iure, q; in facto litium, & differentiarum inter ambas partes uertentium, super dubijs propositis breuibus utar. Primo. n. dubitatur, an do. Daria promittendo dotes, & omnia bona mobilia, & immobilia hereditatis olim dicti do. Andree sibi præiudicauerit quoad suas dotes, & hypothecam, quam occasione suarum dotium in bonis dicti do. Andree olim mariti sui habuit. Secundo an promissio, quam fecit do. Daria de omnibus bonis, ut supra, fuerit ipso iure nulla, uel saltem tanquam inualida rescindi, & reuocari possit. Tertio, si contingat bona, siue possessione posita in comitatu Castri Bononiensis non esse idonea pro satisfactione integrali dictarum dotium, utrum iocer, ac filij sui possint ad bona alibi sita pro complemento satisfactionis dictarum dotium recursum habere. Quarto, præsupposito, q; de alijs bonis dotes sint complende, & supradicta promissio de relaxandis omnibus bonis &c. ualida fuerit, num do. Daria ante integram solutionem, & satisfactionem dictarum dotium facienda de alijs bonis hereditatis dicti olim D. Andree mariti sui prius dotes suas deducere, & separare possit ad effectum.